



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Mauritii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe
Condita Ad Reductam**

**Gudenus, Johann Moritz von
Erfurti, 1675**

Excusatio Poetae ad Erfordiam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

Civibus auxilio gravis arma minatur amicus
Heu, dolor! Imperio funera quanta moves!
Quid, precor, Imperio juvat haec metuendo caveret?
Impunita abeant crimina, sponte ruet.

Erfordiam commodo suo victimam esse.

A Rmorum fructu, fœlix Erfordia, gaudet;
Quæ te materno restituere sicut.
Infirma hic vires capies & barbara mores,
Indigat divitias, & male culta decus.
Regna piæ Matris præstant popularibus tñndis;
Multorum Imperium res bona quando fuit?
Nescis heu nescis miserum tua commoda vulgus;
Si rerum facies nunc quoq; prisca placet.
Quod si læta tibi nondum est victoria Matris,
Indoleo tantis, in videoq; bonis.

Ad eundem.

R Omanæ sedis specialis Filia; Mogus
Nomen habet, pietas quod diurna dedit.
Papa Tibi hinc avus est, neptisq; Erfordia, Romæ est
(Dî mentem donent, ut quod es esse velis)
Ergo si Papæ facis aut convicia Romæ,
Aspernaris avum, contemeras aviam.

Excusatio Pottæ ad Erfordiam.

Gloria Thuringum, prælustre, Erfordia, nomen,
Fœta viris, armis inclyta, dives opum,
Seu Tu Urbs, seu muris regio vis clausa vocari,
Aspera si visa est fors mea Musa nimis,
Da veniam (Tibi & hanc victor dedit ante Philippus)
Haud Clavum spectant aspera verba tuum:
Saxa, faces cecini, vulgiq; ignobilis ausa,
Quasq; reor, lites haud Eris ipsa probet.
Euge, novos mores firmet constantia, quondam
Celsa meis series sidera carminibus.

Ad.